

A d r e s s e

an das korrespondierende Mitglied im Auslande, Geheimen Regierungsrat Prof. Dr. Johann Vahlen anlässlich der Feier seines 80. Geburtstages.

Joanni Vahleno

egregio Academiae Vindobonensis per quinque decennia sodali qui gravissimis in hac Academia muneribus cum laude perfunctus maxime vero de Corpore Ecclesiasticorum Latinorum fauste instituendo optime meritus summo in honore a nobis et habetur semper et habebitur eidem per plus tria lustra Aliae Matris Rudolphinae decori in qua tot adulescentes austriacos severa artis philologae disciplina eruditos a via facili atque speciosa coniecturas et interpolationes aucupandi ad sermonis scriptorumque singulorum proprietates semita diffici et spinosa pervestigandas revocavit eidem nunc philologorum Nestori venerabili doctrina facundia stili elegantia praestanti qui cum prisorum poetarum Latinorum frustis opere musivo componendis isdemque perpoliendis atque illustrandis felicissimam operam navavit tum totum fere antiquarum litterarum orbem perscrutatus multa multorum carmina et scripta diligenter recensuit ingeniose emendavit doctissime explicavit Academiae Vindobonensis sodales octogesimum diem natalem ex animi sententia gratulantur atque ut vita ad summam senectutem perducta sanus salvusque dignitas laude floreat prospero adsiduorum studiorum fructu lactetur annorum denique in Austra maximo cum successu actorum libenter nonnunquam recordetur auspicantur atque exoptant.

Mense septembri MCMX.

Academia Caesarea Vindobonensis:

Eduard Suess.

Viktor Edler v. Lang.

Eugen Ritter v. Böhm-Bawerk. Josef Ritter v. Karabacek.